

Caesaris triumphum exhibens, alta duos digitos gallicos quinque lineas, lata quinque digitos novem lineas. Librarius saec. 15. varias emendationes ad marginem apposuit. Extremo fol. 169' haec verba leguntur: Explicit quod repertum est ex libro sexto commentariorum A. Hircii seu C. Oppii de bello civili Hispaniensi. Non erat amplius in vetustissimis codicibus. — Accessit hic codex e bibl. Wertheriana, in cujus inventario aestimatur 4 florenis. Contulit eum cum editis a. 1816 C. Schneiderus. Cf. Caesar ed. Nipperdeius. Lips. 1847. 8. p. 47. Caesar ed. Dübner tom. 1. Paris. 1867. 4. p. XXII.

Elect. 528. Regia D 122. Goetze I p. 153. Falkenstein p. 260. *Brück*  
*Jaro Springer in: Repertorium f. Kunsthandschaft 29 (1906), S. 482. [S. 171.*  
 168.

a) C. J. Caesaris de bello Gallico libri VII, cum Hirtii octavo. fol. 1.

b) Ejusdem de bello civili libri III. fol. 68'.

c) Hirtius, de bello Alexandrino. fol. 110'.

d) Id., de bello Africano. fol. 124.

e) Anonymus, de bello Hispanico. fol. 140'.

Cod. chart. 148 foliorum in fol. saec. 14. in Italia scriptus, litteris initialibus pictis. Librarii nomen fol. 148 indicatur his verbis: Ego Johannes de Placentia scripsi ad laudem et honorem virginis Mariae etc. Anno 1649 possedit hunc codicem J. Brodea s. Brodaeus, non idem atque criticus ille Brodaeus. Usus est eo a. 1816 idem Schneiderus. Cf. Caesar ed. Dübner tom. 1. Paris. 1867. 4. p. XXII.

Elect. 57<sup>f</sup>. Regia D 83. Falkenstein p. 260. *Werner Müller: De Caesaris*  
*quod fertur belli Africi recensione. Rostochii 1893, S. 6.*  
 169.

### Sallustii bellum Catilinarium et Jugurthinum.

Cod. membr. 130 foliorum in 4. maj. saec. 15. in Italia satis nitide exaratus, litteris initialibus pictis et auratis, quem quomodo Cortius, cui Bergerianus codex audit, anno 1724 quadringentorum fortasse annorum aestimare potuerit, nullo modo dicit Ebertus se intellegere. Usus est eo Cortius inde a cap. 88. belli Jugurthini, sed parum accurate, id quod declarat J. Gf. Hoerius in programme suo, quo donatum Afranae bibliothecae Sallustium describit (Misnae, 1758. fol.); cf. J. A. Müller, Geschichte der Fürstenschule in Meissen. Bd. 2. Leipz. 1789. 8. p. 402 seq. Codex ille a Nic. Polanto, Superint. Misn., a. 1607 dono datus est bibliothecae scholae provincialis Misnensis, unde a. 1788 in Regiam pervenit (cf. Archiv. Biblioth. vol. 2<sup>d</sup>, 91).

Elect. 527<sup>c</sup>. Regia D 131. Falkenstein p. 260 seq.

### 170.

a) Sallustii bellum Catilinarium. fol. 1.

Scriptum d. 3. Jun. 1468. Johannes Petrus in alenata.

b) Ejusdem bellum Jugurthinum. fol. 19.

Scriptum d. 9. Sept. 1469.

Cod. membr. 56 foliorum in 4. saec. 15. in Italia a duobus librariis scriptus. Emtus est a. 1755 e bibl. Amedei, canonici Bonon. Hunc eumque, qui praecedit, codicem a. 1808 contulit J. Schulze.

Elect. 527<sup>b</sup>. Regia D 149. Falkenstein p. 261.